



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ericus M, 18. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. ERICUS M. 18. Maii.

Sueciæ Rex ERICUS vivorum Regum imagines ante oculos suos velut speculum posuit, ipse Regum oculis hodie proponendus. Patriæ & pauperum præcipue pater, libidinis æstus glaciali aquâ suffocavit. Multæ pecuniariæ tertiam partem, quamvis ultrò oblatam, noluit tamen ærario inferri, ne, quod amat fieri, sibi potius consulete, quam justitiæ videretur. Bella gerebat non tam ut suum, quam ut Christi regnum amplificaret. Itaque cum Finlandiæ fidem victor intulisset, cæsis hostibus lacrymis fertur parentasse, quod victis aliter via ad salutem non potuisset sterni, quam per sociorum stragem. Sed vide obfirmatum ad divina animum. Sacrificanti adebat die Christo triumphanti sacro. Interea cum omnibus copiis imminet Henricus Suenonis filius Daniæ Regis. Arma conclamant alii, & sive pugnæ Duce, sive fugæ Regem exposcunt. At hic, *Sime te, inquit, militare, reliquum obsequii alibi Deo persolvemus Pœana in calis cantaturi.* Itaque sacris ad finem pertinax immoratur. Tum demum crucé frontem armatus, aciem subit & pugnam, Numineque ita volente, cadite etiam. Cæterum quo loco sanguinem fudit, fons continuo exortus aquas fudit paf-

fin.

19. Maii. VITÆ SANCTORUM. 321
sim ægris salutares. Illud penè excidit:
Cilicinum ejus thoracem asservari regii
sanguinis purpurâ etiam hodie rubentem,
loricam, qualem hodie in Principum ar-
mamentariis raro vides. Ex Vite Aqui-
loni à Joannis Vastovii.

Paratus est Deus & cadentem suscipe-
re & eripere fugientem; ut videri possit re-
tictis omnibus altis ei soli operam dare: pro-
pterea expedit omni animæ Deum semper
attendere tamquam proprium non modo
adjutorem, sed etiam inspectorem. S. Bern.
ser. 5. super. Qui Hab.

S. IVO CONF. 19. Maii.

Hic ille inter Jurisconsultos Phoenix,
Ivo est, pauperum advocatus. His
ille linguam suam non vendere, sed eo-
rum caussam beneficiis sibi emere. Hinc
quotidie hospitio eos suscipere, pedibus
aquam affundere, mensæ suæ convivas
adhibere; de victu ac vestitu, quò illis
adderet, sibi demere, & ne deceaserent, qui
patrem vocarent, binos conjuges unà
cum IV. libetis domi suæ in IX. an-
num alere: ut planè penum IVONI
pauperum posses sinum appellare. Ipse
interim tam in se durus, quam in alios
benignus, corpus cilicio astigere, som-
num humi capere, inter preces septem
ipsos dies sine cibo persistere, jejunia le-
gibus Christianis imperata pane &

X.

aqua.